L. D.
FERDINAN
DE ESCAÑO,
TRACTAT
DE
TESTAMEN

TUS

E

46318

NTO
TATIS,

S, COEPTO, ET
ſuperveniens.

GE SI QVIS CVM
mentis.

DE ESCAÑO, IVRIS
u olim cauſarum Patrono nunc
anilanæ in inſulis Philipinis
re.

CVM ADDITIONIBVS
uis locis inſertis.

ALI.
BLAS, eiuſdem Civit. Typ. mai.
M.DC.LXXVI.

PRIVILEGIO.
ISCI DE LOS RIOS, Blibliopolæ Hiſpalenſis.

BX1935
.E8
1676
c.1

132763

TRACTATUS DE PERFECTIONE VOLUNTATIS

TESTAMENTO REQVISITA,

ET

DE TESTAMENTO

PERFECTO RATIONE VOLVNTATIS,

ET

IMPERFECTO RATIONE SOLEMNITATIS, COEPTO, ET non completo ob impedimentum teſtatori ſuperveniens.

AD IAVOLENI RESPONSVM IN LEGE SI QVIS CVM Teſtamentum, 25. ff. de teſtamentis.

AVTHORE LIC. D. FERDINANDO DE ESCAÑO, IVRIS Conſ. Hiſp. & in Regio Hiſpalenſi Senatu olim cauſarum Patrono nunc in Regali Audientia Civitatis Manilanæ in inſulis Philipinis Senatore.

EDITIO SECVNDA CVM ADDITIONIBVS Eiuſdem Auctoris ſuis locis inſertis.

HISPALI.

Apud IOAN. FRANCISCVM DE BLAS, eiuſdem Civit. Typ. mai.

Anno Dñi. M.DC.LXXVI.

CVM PRIVILEGIO.

Sumptibus FRANCISCI DE LOS RIOS, Blibliopolæ Hiſpalenſis.

46318

1080046386

FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON
132763

Nª. Sª. DEL ROSARIO

DEDICATIO

AD MARIAM

DEIPERAM, SEMPERQVE

VIRGINEM, ET MATREM VNIGENITI, ATQVE INGENITI Patris Filiam. Nec non Spiritus Sancti ſine labe Puriſsimam Sponſam. Simulque teſtamenti Arçam, arcanunumque omnium mirabilium recludentem inſe. Intus, & foris mirabiliter deauratam, & fulgidiſsimè renidentem. Servulus tuus (ò Virgo Sacrata) ad non deviandum de tuo Patrocinio, Sacratiſsimo, libellum hunc, de teſtamentis tractantem, tuis immaculatiſsimis pedibus detenſum tibi, ò Regina, Ofert, & dicat, atque humillime conſecrat.

VBI PRIMVM STATVI MECVM HVNC DE Teſtamentis Tractatũ ex marte proprio, & ex proprio impulſo typis mandare. Nihil prius mihi, mihi nihil potius fuit, quã vt tibi meos dicarem labores, ô terræ, cœlorũque Regina. Cũ enim poſt Deũ nihil aut eſſe, aut fingi, ſublimiuſte poſſit plane meo operi (de Teſtamẽtis, inquã) ex nullius Patroni dignitate maior poſſe ſplẽdor accreſcere, quã ex tua incõparabili maieſtate. Quod verô tutius, atq; aptius, Patrociniũ, quã tuũ? Quæ cũ ſis fœderis Arca, Arca etiã teſta-

menti es? Iuxta illud paſsientiſsimi Patriarchæ Iob cap.31. Pepigi fœdus cum oculis meis. Vbi alia legit litera Pepigi teſtamentum cum oculis meis. Si quidem teſtamenti, & fœderis nomina vnivoce colliguntur. Sed iam quomodo cumque ſit. Tu Regina mundi, Arca fœderis, & Dei teſtamenti es. Nemo dubitet, quoniam iam per ſe, & per Eccleſiam tam manifeſte patet. Nam ipſe met Deus omnium Creator, & Redemptor omnium propter te ſolam fœdus fecit, & teſtamentum cum oculis ſuis. Ita vt â principio, & vſque in finem te vnicam, teque ſigularem, & non aliam reſpexerit creaturam. Nec non ex vltima voluntate ſua in eius teſtamento manifeſtata, & vltimo celebrata, quando vitam ſuam in Cruce profundens, te vt creaturam vnicam ſicut vnica Matrem, propere proſpiciens inclinato capite, nondum, dixit, Mulier Ecce Filius tuus. Sed hic aureo ore Chriſoſtomus inquirit. Cur non alius Mulieris meminit, cum adeſsent? Nimirum aderant Maria Magdalene, Maria Salomê, Maria Iacobi, & multæ aliæ piæ fœminæ quæ ad Paſsionem ſublata Cruce inter militum arma ſatellites Præſidis, & Iudeorum oprobria, blasfemias que euntem Dominum Ieſum comitatæ fuerant, Crucique affixum lamentabantur. At nihil tamen illis Dominus loquitur. Solius meminit Parentis, quia parens eſt. Parens, inquam, non ſolum hominis, ſed etiam atque Dei. Propterea moriens itaque Dominus meminit Matris, & Matrem alloquitur, atque Matris corã dilecto diſcipulo committit, & Matri egregium pietatis præſtat officium, & obſequium. Nec enim in terris, vnde abſcedebat, quicquam aliud æque pretioſum charum, & glorioſum intuebatur. Quidquid enim in cælo, & in terra creatum â Deo eſt, infinito diſtat intervallo â te Beatiſsima ſemper Virgine Dei, & hominis Matre. Profecto (liceat dicere) feliciſsimi oculi Domini Ieſu, non ſolum, quia Dei Hominis ſunt, & velut feneſtræ aut (ſi mavis dicere) ſpecilla divinitatis; ſed etiam quia primum, & poſtremum omnium obiectũ, quæ in terris hauſerunt, fuit ipſa Dei Mater, cuius Maieſtas, & excellentia omnium, quæ vel eſſe, vel ex cogitari poſsunt ſub Deo maxima eſt: Siquidem natus ex vtero Virginis Deus homo, matrem, & rerum omnium Reginam primam intuitus eſt: & in ſuper moriens, & tandem tandem in Cruce te Virginem, & Matrem poſtremo ſuſpiciens, oculos in morte clauſit vt ſuum fœdus, & teſtamentum ſuum cum oculis ſuis vtrorumque fines, & principia a te inciperent, & in te terminarent. Ergo ſi ipſamet es, ô Domina atque Regina mundi, primiceria, & obiectum primarium fœderis Dei, eiuſque teſtamenti principium, & finis. Non immerito igitur tibi meum de Teſtamentis libellum offero, vt ſecurum in te inveniat refugium,

at-

atque hauriat auxilium ex te, & ſimiliter per te libellus meus liber evadat ab omni periculo, & victoria potiri, pro fuiſſe vtique poſſet ad omnia beneficia bonitatis tuæ, atque divinæ omnipoteatiæ, etiam ſi pauperrimus conſequenda, & ad obtinenda puſillus. Nam veritas certe eſt inalterabilis ſemper te, Virginem Deiperam tanta gratia valere apud filium tuum Deum, & hominem, vt ille numquam reijciat, numquam condemnet. Hominem in quo videat Matris ſuæ nomen, ac notam, affectum, ac pietatem reſidere. Imo potius per beatum illum cenſendum, qui Virginis portet obſequia, in Servum ſe Reginæ cæli addixerit. Et tandem in eius Matris gratiam Clementiſsimus iudex, & arbiter peccatorem vt per eam, advocatus convertet, & vt per eam propitius abſolvet, ac vt omnipotens ſempiternæ gratiæ, & æternæ gloriæ dona per eam redonabit.

Humillimus, & puſillus ſervus tuus, qui ad Sacratiſsimos pedes tuos te adoro, & eorum ſaccerrima veſtigia libentiſsime lambo.

Franciſcus de los Rios.

LICEN-